



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui gratiam sancti spiritus vendere conantur. ci.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

pti, quoniam de suo ordine & communione videbitur ferre iudicium, quisquis hoc violaret antistitum: vel qui non remouerit eum que ex his ad ministerium clericale obrepisse cognoverit, Curandum vero maximè, & omni cautela est prouindendum ne quis fratum coepiscoporumq; nostrorum, aut etiam presbyterorum in alterius ciuitate, vel diœcensi pœnitentem, vel sub manu positum sacerdotis, aut eum qui conciliatum se esse dixerit, sine episcopi vel presbyteri testimonio & literis, aut in parochia presbyter, aut episcopus in ciuitate suscipiat. Quod aliqua dissimulatione neglectum, culpam tangit etiam clericorum, qui in locis in quibus hoc minus curatum fuerit commorantur. His itaque ritè dispositis, & ad Ecclesiarum vestram noticiam, nostra deliberatione perlatis, parere vos conuenit. Quibus licet ad animarum reparationem nihil deesse videatur, tamen si cui noui aliquid, & quod prætere nos potuit fuerit reuelatum, secundum beatum Paulum apostolum tacente priore fidenter insinuet: quia spiritus sanctus ubi vult spirat, maximè cum sua causa tractatur. Nec nos pigebit audire, & si qua sunt omissa non arroganter abnuere, sed rationabiliter ordinare. Datū Iduum Martiarum die, Dynamio, & Sibidio quartum consulibus.

De eo qui per ignorantiam ordinatur antequam baptizetur. Cap. C.

Si quis per ignorantiam ordinatur antequam baptize- *Ex dictis*
tur, debent ab eo baptizati baptizari, & ipse non or- *S. Isidori*
dinetur, sed Romanus potifex iudicat non hominem qui *episcopi*.
baptizat, sed spiritum Dei sub ministrare gratiam baptis-
mi, licet paganus sit qui baptizat.

De illis qui gratiam sancti spiritus vendere conantur.

Caput C.I.

Dicitum est solere in quibusdam locis pro perceptione *Ex conci.*
chrismatis nummos dari: solere quoque pro baptis- *Tribure.*
mo & communione. Hoc symoniacæ heresim de- *cui inter-*
testata est sancta synodus, & anathematizauit, & ut de ce- *fuit rex*
tero nec pro ordinatione, nec pro chrismate, vel baptis- *Ainol-*
mo, vel pro balsamo, nec pro sepultura, vel communione, *phus, cap.*
quicquam exigatur: sed gratis dona Christi, gratuita dif- ²²
pensione donentur.

Finis Libri Quarti.

R iiiij.